





1. Wittenbergensis theologiae facultatis
refutatio libelli Calviniani
de Coena Domini, Wittenb.
1597.
2. Gernerii s. Salom. s. Diff. de
reliquijs s. Matris Ecclesiae
Romanae, Wittenb. 1597.
3. Diff. de uno et
trino Deo, Wittenb. 1593.
4. Lelij s. Laur. s. Theses de
sacramento Coenae Domini,
Wittenb. 1596.
5. Runzij s. Dav. s. Diff. et Epist.
pauli ad Romanos Wittenb.
1596.

4

DEO BENE IUVANTE:

Theses

DE SACRAMENTO
COENÆ DOMINICÆ,

Contra

CALVINIANOS.

Ad disputationem Secundi tomī quintam in Colle-
gio Studiosorum Theologiæ privato. 6. No-
vemb. instituendam propositæ

M. LAURENTIO LÆLIO Franco

Respondente

M. IOSEPHO HEROLDO *Munckhensi*



VVITTEBERGÆ.

Excusæ typis VVolfgangi Meisneri.

ANNO *cl. l.* XCVI.



Magnificis

CLARISSIMIS, DEXTERITATE
Consiliorum usq; rerum excellentissi-
mis viris,

Dn. Nicolao Stadmanno U. I. D. Celsissimi potent-
tissimiq; principis ac Domini Dn.

Georgii Friderici Marchionis Brandenburgici
Cancellario amplissimo,

Dn. Stephano Mummio. U. I. D. celsissimi ejusdem
principis Consiliario, Reverendique Consisto-
rii ONOLDINI praesidi spe-
ctatissimo,

Dominiis mecenatibus & promotoribus
suis eximis,

Sempiterni cultus & obsequii
argumentum.

D. D. D.

M. Laurentius Lalius
Kleinlanckhemius,

L
2. E
tum fa
tatum
sepe m
3. Sub
norma
lo mov
aduite
4. Q
concep
it, qui
men un
guran
lem q
5. Qu
ideo q
lmam
6. V
sed ob
men r
ram ca
hoc e
7. E
tum ex
non ne
Cena.
8. Itaq
vera C
iam eo
que au



THESIS I.



Vo sunt hominum genera, quæ de Institutione COENAE DOMINICAE, alterius SACRAMENTI, à CHRISTO ante abscissum suum ex hoc mundo visibilem relictæ, Ecclesie Orthodoxæ litem & pugnas movent. Pontificiorum nempe & Calvinianorum.

2. Et hoc posterius quidem, cum quo nobis nunc res erit, multiplicem indutum faciem, in theatrum Ecclesie profiluit: nimirum histrionum artem imitatum, qui quo nugas suas theatricas acceptiores & plausibiliores reddant, sæpè multumq; mutato habitu id assequi satagunt.
3. Sub prima statim exordia religionis, secundã antiquæ apostolicæq; veritatis normam, reformatæ. D. LUTHERO CAROLOSTADIUS litem de hoc articulo movere cepit, & Institutionis DEUTINDP, TSTO, mira prodigiosaq; glossa aduiteravit.
4. Quem ex semisse secutus Cinglius, in copula, EST, opinionis suæ præconceptæ fulcimentum collocavit. Quod dogma plures deinde asseclas obtinuit, qui omnes & singuli, etsi vario discrepantèq; ferebantur turbine, in id tamen unanimitè conspirabant, ut non nisi Corporis & Sanguinis CHRISTI figuram verbis institutionis, ipsiq; Cœnæ relinquerent, & veram substantiamlemq; præsentiam propalàm inficiarentur. Oecolampad.
5. Quæ ipsa tamen posterioribus successu temporis subcruda adhuc visa sunt, ideoq; CALVINUS subactioris limatiorisque iudicii & ingenii ea vicissim sublimam & incidem revocavit, novaq; arte perpolivit.
6. Videri vult se à vero genuinoq; verborum sensu neutiquam discedere, sed obscuram brevitatem longiori tantum sermone elucidare: ait NOMEN rei attriburum esse Symbolo per Metonymiam: Neque figuram tantum seu nudam tesseram Corporis panem esse, sed verè etiam hoc exhibere. Calv. Instit. lib. 4. c. 17. sectio. 20. 21.
7. Eodem modo BEZA sententiam suam explicat. Negat, se statuere tantum externam & nudam rerum significatarum representationem. Ait: non negamus Corpus & sanguinem Christi verè adesse & verè dari in Cœna. Collo. Momp. pag. 21. 66. Quest. & respons. de Sacram. parte altera. quest. 50. 52.
8. Itaq; deinceps à recentioribus Calvinianis magna voce, hiantèq; rictu de vera Corporis & Sanguinis Christi præsentia in Cœna declamatum; qui etiam eo usq; progrediuntur, ut sese cum Augustana Confessione, ejusque auctoribus stare indies gloriantur.

9. Hæc scilicet varficies Satanae est, qui ubi nativis domesticisq; suis technis efficere nihil valet, in angelum lucis se transformat.

2. Cor. 11. 14. 10. Consensum de veritate presentie Corporis CHRISTI in Cæna libenter quidem p̄ij, universi & singuli Coniunctis votis exoptarent: at sancitum factumq; jam esse nullo indicio hæcenus deprehendere potuerunt.

11. Quantumvis enim πολυπαιστοί illi φόνικες phrasi & dictioni Nostrorum se accommodare applicareq; Contendunt: verborum tamen inania putamina sunt, & ubi ad rei ipsius solidam tractationem descensus factus, semper fraus, præstigiaq; ipsorum gliscere palam ceperunt.

Beze quest. & respon. part 2. quest. 207. 210. 12. Quæsti de vero verborum CHRISTI sensu μεταωμιχίως ea accipienda esse aiunt, & τὸ ἕντος non minus absurde observari, quam Cucurbitam hominem dici.

13. De Corporis & sanguinis Christi presentia quæsti, de Cælo respondent, quorsum fides volata suo pertendere debeat, tantamq; distantiam Carnis CHRISTI à Cæna, comminiscantur, quanto vix spacio cæli cælorum à terris absunt, ubi nunc sumus, & ubi Cænam ex Domini mandato ritè celebramus.

Idem ad Rep. Franci, Claudij f. 43 volum. 3. 14. De manducationis & bibitionis sacramentalis instrumento quæsti, Os fidei crepant. Nec minus de indignorum manducatione à nobis dissentiunt.

Beze respon. 1: ad acta Collo. Mom, p. 36. Idem contra Hesbustum in Cyclope. 15. Dissidium hoc evidentius apparet, si convitia, quibus Orthodoxam nostram doctrinam insectantur, ante oculos habemus. Dicitant eam Cæpernaiticū errorem invehere, Cyclopicam κρηφαγίαν stabilire; Corpus CHRISTI panī localiter includere &c.

16. Hæc est bella ista, scilicet, Concordia cum Augustana Confessione huiusq; auctoribus & socijs, quam gloriabundi ore subinde facitiant.

17. Quantum autem Nosti ab exsecrandis istis dogmatibus, quorum à Calviniensis mendacibus calumnijs rei aguntur, absint, res ipsa per se liquidè prodit.

18. Nam licet propriam significationem singulorum vocabulorum maxime urgeant, veramq; Corporis & sanguinis CHRISTI presentiam ἐν τῷ ἕντος Institutionis fortiter asserant: nullatenus tamen vel proprie & essentialiter Corpus de pane prædicari; vel essentialiter Corpus esse; vel sub pane localiter conclusum latere statuunt.

Zepperus in institutione sua articul. 2. pag. 69, 70. 19. Multominus φουρικῶς καὶ αὐδοτικῶς ipsius Corporis & sanguinis CHRISTI absorptionem & laniationem approbant, licet manducationem sacramentalem

ment
adstr
20.
tam
tale q
21.
contr
invest
staru
22
nobis
anj ni
23.
prestin
erit.
24.
Panc
boru
lis, ex
tuenti
25.
spicua
26. I
utrius
Vnion
quam
exprim
27.
menti
verò R
trema
28.
tem ill
hypocr
bamus

mentalem ore corporeo peragendam, ex voluntate institutoꝝ **CHRISTI**

adstruant.

20. Quin & ipsi Adversarij, de Concordia in ita assidue gloriantes, ab hoc tam tetrico doctrinae genere Nostros absolvunt, & à propria conscientia, tale quidpiam nunquam in questione fuisse, convincantur.

21. Sicuti consimiliter de Spirituali Fidei manducatione nihil quidquam Colloqui Momp. controversiæ inter utramq; partem intercessit. Quamvis ubi de causis eius pel. pag. 15. investigatio instituitur, vix sanam puramq; doctrinam tueri, & Anabaptistarum antiquum errorem in sinu fovere deprehendantur.

22. Nostri Sacramenta causis instrumentalibus accensent, per quæ fides in nobis excitetur, & dona spiritualia conferantur obsequenturq;. Calvinianj nihil nisi analogiam agnoscunt, deq; ea sola concionantur.

ΖΗΤΗΣΜΟΝ.

23. Sed his singulis semotis solum institutum nostrum præsens arctius præsiusq; tenebimus, & questionis ἀκριβῶς dilucidè proponemus; quæ hæc erit.

24. An os Corporeum sit instrumentum istud percipiendi cum Pane & Vino Corpus & sanguinem **CHRISTI**, quæ τὸ πρῶτον verborum institutionis vescentibus & bibentibus omnibus & singulis, exhibentur, Affirmatum nostrum esse volumus, contrarium adversarijs tuentibus.

25. Ἐκδοτικῶν διδομῆνων, propter singulorum terminorum planam & perspicuam significationem, supervacaneam arbitramur.

26. Hoc solummodò monentes. 1. quòd, ubi eidem instrumento oris Corporei Beza in Col. utriusq; partis Sacramentalis, signi & signati, participationem tribuimus, loq. Momp. p. Unionem illam explodamus ἑξαιρητικῶς, nuper à Calvinianis fictam pictamq;. 22. 30. Crellio quam sacramentalem appellitare audent, cuius tamen ne umbram quidem us Legi, Isag. p. 52. 53. exprimit.

27. Etenim Sacramentalis unio hoc habet & efficit, ut partes Sacramenti substantiales de sese invicem, certo cum respectu prædicentur. At verò Relationis unio eminenti tales enunciationes nunquã patitur, unio extrema absurditas esset, Relatum de suo Correlato enunciare.

28. 2. Universali notatione oranium vescentium & bibentium diversitatem illam dignorum & indignorum, fidelium & infidelium, credentium & hypocritarum, quò ad usum partium Sacramenti substantialium, improbamus.

A 3

29. Omnesq;

29. Omnesq̄ accedentes integrum Sacramentum sua substantia percipere credimus & statuimus, perindè ac partem ejus, externa elementa.
30. Cuius rei totiusq̄ assertionis nostræ, testimonia & argumenta ex ipsa Scriptura, propriaq̄ articuli de Cœna Domini sede, adducemus & proferemus.

ΚΑΤΑΣΚΕΥΗ.

LOCVS. I.

Matt. 26, 26. 31. I. Accepit IESVS panem & benedixit, ac fregit: deditq̄; discipulis suis, & ait, Accipite. & comedite: Hoc est Corpus meum. 2. Et accipiens Calicem, gratias egit: & dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. 3. Et biberunt ex illo omnes. Et ait illis, Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur.

Marc. 14, 23.

24.

32. Dictis hisce τὸ ἕξ μόνον assertionis nostræ; de vera presentia & manducatione Corporis & sanguinis Christi; cum pane & vino, ore Corporeo expedienda; roboratur.

33. Quæ, quia pluribus membris constant, quæ singula diligentissimè expendenda sunt, maioris evidentie gratia, certis distinctisq̄ gradibus brevissimè contemplabimur.

34. 1. Ritus & gestus à Christo in institutione Cœnæ adhibitos. 2. Mandatum in porrectione Elementorum visibili discipulis injunctum. 3. Mandatum sublecutam assertionem. 4. Ritus & gestus Apostolorum, quibus mandatum exsecuti sunt.

35. Primum membrum præter accidentaria & adiaphora quædam, hoc potissimum nobis exponit, quod & quale Elementum ad institutionem Sacramenti hujus à Christo fuerit adhibendum.

36. Nempe peracta veteri paschali Cœna, Panem & Calicem prebentium, & peculiari εὐλογίᾳ in usum Novæ Cœnæ segregatum, consecratum, discipulisq̄ à Christo distributum.

37. Secundò mandatum, quo declarat Christus, quid cum Sacris istis agendum velit, immediatè subnectitur, his verbis, Accipite, Edite; quod de externo oris esu intelligendum esse multis maximi momenti argumentis evincitur.

Luc. 8. 12.

Rom. 10, 17.

38. 1. Quia subjectum, quod manibus terebatur, actu αὐδοκτοῦ sensibusq̄ expositum fuit. E. 2. Ex manibus Christi visibili modo id acceperunt Apostoli. E. 3. Elementa hæc esui Fidei, qui Auditu & Corde peragitur, non conveniunt. E.

39. Idem

39. Idem multò evidentius altera ex parte Cene elucet. 1. porrigendo poculum bibere Apostolos jubet. E. 2. Marcus expresse addit, Apostolos omnes bibisse ex eo. E. quis tam amens erit, qui haustum istum ori anime vel fidei adscribat. 3. Judas incredulus actioni istè universe interfuit, edit & bibit. E.

40. Ut idcirco Calvinianæ commentationis vanitas primo statim oculorum ictu perspiciatur, cuius auctores occultis fidei actibus, scilicet, nimium manipati, edere & bibere per credere violenta expositione torquent.

41. Tertio ad ipsum Caput causæ accedit CHRIS TVS & quid illud sit, quod Cenam hanc absolvat, clarissimis verbis exponit.

42. Ad quæ omni animi intentione oculos nostros potissimum convertere debemus, siquidem in ijs totus Sacramentaria controversiæ cardo vertitur.

43. Assèverationem simplicem & categoricam esse, qua CHRIS TVS Corpus & sanguinem suum epulum huius $\epsilon\sigma\tau\omega\varsigma$ apponat, nos cum pijs omnibus sentimus & credimus.

44. Huiusq; sententiæ nostræ veritas, ex ipsa definitione eius generis enunciationum, manifesta est, quæ huic propositioni CHRIS TI secundum omnes partes congruit.

45. Loco officioq; subjecti $\alpha\upsilon\tau\omega\nu\mu\acute{\alpha}\ \delta\epsilon\iota\kappa\tau\iota\kappa\acute{\eta}$, Hoc & Hic, fungitur: quæ aliquid in recessu habet. Alias enim extricatus multò fuisset, Panem & Vinum, obvia ista & visui exposita elementa, quæ manibus tenebantur, oriq; Apostolorum $\alpha\upsilon\delta\iota\tau\omega\varsigma$ ingererentur, subjecti vice constituisse.

46. Maius ergò bonum articulo isto $\delta\epsilon\iota\kappa\tau\iota\kappa\acute{\eta}$ commendare nobis voluit, quo in Cœna Sacra fruamur, cuiusq; gratia Panis & vinum tanquam Symbola & instrumenta adhibeantur. Id quod validissimo argumento, à natura Relatorum petito, comprobatur; quæ undiquaq; suis Correlatis, (sive ea unius verbi, sive integræ orationis) si iusta & salva sententiæ ratio constare debeat, correspondeant oportet.

47. Hoc loco $\delta\epsilon\iota\kappa\tau\iota\kappa\acute{\eta}\ \tau\alpha\tau\omega$, ad totum id, quod nobis CHRIS TVS edendum bibendumq; instituit, referendum est. Ineptum namq; est Calvinistarum Genevensium figmentum, quo panem separatim correlati vicem supplere commentantur, partiumq; Sacramenti divulsionem parant.

48. Vbi tamen ipsi cauterium conscientie suæ velare nequeunt, sed turpi contradictione in immediatè subsequentibus seipsos confutant: Aientes: id etiam in respectum $\tau\delta\ \alpha\upsilon\tau\iota\varsigma\ \epsilon\pi\omicron\upsilon\tau\omega\varsigma$ seu correlati venire, quod Christus Apostolis distribuerit & edere iusserit.

49. Quamvis ergò ubiq; exclusivam immisceant, & ad opinionem suam tuendam

Studiof Witt-
teberg, contra
Schacht: pa. 8.

Ibid. pa. 9.

tuendam figuram undiq̄ cumulent, præter Metonymiam, Enallagen generum insuper verbis Institutionis astringant; semper tamen ad priorem confessionem illam, qua una tropicum chaos universum disicitur, revocandi sunt.

50. Ea q̄ ipsa calcar nobis addit, constanter porro sententiam nostram (que verbis Institutionis obvioq̄ eorum nexu simpliciter insistit) tuendi.

51. Porro ea de causa actum hunc solennem Christus instituit, ut nos in eo Corporis & Sanguinis sui sub distinctis elementis comedendo bibendoq̄ redderet participes. Quomodo igitur panis in primis institutionis verbis, aut vinum in altera Cœnæ parte unicum primariumq̄ subjectum erit?

52. De Copula questio non minus gravis agitur. Metonymicæ figuratæq̄ significationis eam esse Calviniani commentantur, Sed nos probationem audire avemus.

53. Eorum namq̄ exemplorum, quæ hæcenus ex parabolarum & somniorum narratione attulerunt, inepta ad hoc negotium applicatio, jam dudum satis à Nostris demonstrata confutataq̄ est.

Calvin. Inst. lib. 4. cap. 17. sect. 22. 54. Neq̄ metonymicam istam sectam, vel tantillum juvat istud 1. Cor. 12. in cuius depravato textu Calvinus maximè tripudiat. Nondum enim integram istam enunciationem, Ecclesia est Christus, demonstrare potuit. Aliàs scimus Ecclesiam nuncupari Corpus Christi, quod enunciationis genus ipsa scriptura satis enodat 1. Cor. 12, 11, 13, 27. Coloss. 2, 10, liquidoq̄ demonstrat, se non de naturali & Physico, sed mystico & spirituali Christi corpore loqui, quod profectò Ecclesia re ipsa est, nec solum significando exprimit.

1. Cor. 10, 17. 55. Asserta propria & genuina significatione subjecti & Copula enunciationis Christi, prædicati verus intellectus sua sponte liquet, idq̄ tam aperte, ut cum orthodoxis Calviniani ipsi nunc temporis propalam fateantur, Christo de nullo alio, præterquam vero suo & substantiali Corpore & sanguine sermone esse.

Catech. Heid. quest. 76. de cœna unius inexplicat. catech. de cœna pag. 130. Beza Colloq. Momp. pag. 26, 27. Zepperus de Cœna pag. 71. 56. Quanquam mirari satis non possumus, qua conscientia id asseverent, cum tamen nihil minus quàm ipso suo essentiali corpore & sanguine Christum nobis uniri statuunt, omneq̄ momentum unionis nostri cum Christo ad efficaciam, merita & beneficia Christi, Spiritusq̄ sancti operationem solam referant.

57. Accedit huc & presentia substantialis (Carnalem Zepperus calumniosè vocat) abnegatio, qua sine prius affirmatum itidem ne tantisper constare potest, sed destructa hac, illud necessariò cadit, figuratumq̄; Oecolampadii Corpus, cui aliàs insensissimi videri volunt, ultrò subrepat.

58. Nos

58. Nos contra ut primum istud ex CHRISTI testimonio qui expressit se de sanguine pro nobis effundendo loquitur, ultro agnoscimus, ita duo haec posteriora credendo asserere ex eiusdem ore plane constringimur.

59. 1. Corpus & sanguis CHRISTI cum ipsis Elementis distribuuntur: sicut antea probavimus. E. cum iisdem quoque in Cena his terris celebrata praesentia sunt. 2. Iubentur discipuli Corpus & sanguinem edere & bibere. E. & praesentia sunt & sua substantia NOBIS uniuntur. 3. Omnium validissimum est ad hominum istorum somnia dissipanda, quod Marcus in posteriori, Cena parte de Apostolis, quales se ad mandatum CHRISTI esserint, refert, inquit: Et biberunt ex eo (Calice) omnes. Id scilicet quod iussi sunt, & quo modo iussi sunt biberunt. E.

60. Nec causae nostrae ὑσερολογικῆ seu metathesis partium historice narrationis à Marco commissa aliquid obest. Conferantur reliqui Evangelistae cum hoc, & obscura per planiora explicentur, res salva erit, veritasque sententiae nostrae magis confirmabitur.

61. Quam abundantioris lucis gratia hoc syllogismo immoto includemus.

Quod CHRISTVS Apostolis in institutione Cena distribuit: edere & bibere iubet: quod Apostoli ore Corporeo edunt, vel ex Calice bibunt: id sua substantia & ori corporis praesens est, idemque os eius percipiendi instrumentum est.

At Corpus & sanguinem suum, in ara crucis effundendum, CHRISTVS distribuit, edere & bibere iubet, Apostoli ore Corporeo edunt, & ex calice bibunt: E. Christi Corpus & sanguis sua substantia ori Corporis praesens est, eiusdemque percipiendi os Corporis instrumentum est.

62. Neutra propositio syllogismi huius dubia ei esse poterit, qui superiora probè notaverit. Mandatum CHRISTI fuit de edendo corpore suo & bibendo sanguine suo, in ara crucis effundendo; Id Apostoli πάντως absque omni cunctatione ore Corporis exsequuntur.

LOCVS. II.

63. 1. Hoc est Corpus meum, quod pro vobis datur. 2. Similiter & 20. Luc. 22. 19.
calicem, postquam Cenavit, dicens: Hic est Calix novum testamen- 1. Cor. 17. 24.
tum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. 3. Calix benedi- 25.
B ctionis,

tionis, cui benedimus, nonne communicatio sanguinis Christi
1. Cor. 10, 16. est panis quem frangimus, nonne participatio Corporis Domini
est.

64. In priori Cœnæ parte distribuendo omnes Evangelistæ unâ cum Paulo
unanimitè conveniunt. Mandatum quidem Lucas omisit, hæc in re ad priora
Evangelistarû scripta sese referens; de Capite vero causæ ne tantillâ mutavit.

65. Ad πληροφωσιον fidei nostræ confirmandum, hæc & numero & sensu
verborum institutionis constans Lucæ & Pauli repetitio, maxime spectat.

66. Si enim aliquid, aut minus dextre à Matthæo & Marco expositum
aut sinistro intellectu ab Apostolis in prima institutione acceptum, adeoq;
corrigendum fuisset, id certè posteriores Lucas & Paullus non tacuissent.
At ne levisimum quidem iudicium præbent, cuius causæ à literali (ut vos
cant) sententia discedendum sit. E.

67. Quin immò Paullus suos auditores ad primam institutionem 1. Cor. 11,
23. manifestè remittit. Ego, inquit, à Domino accepi &c.

68. Deinde ne minimum occasionis, cavillandi verba Matthæi & Marci,
superesset, uterq;, Lucas & Paullus maxima σαφηνειον exponit, quod Cor-
pus in Cœnâ accipiamus, id nempe, quod pro nobis frangendum tra-
dendumve erat. Non ergò de beneficijs, vel de figurato corpore CHRISTI
locutus est.

69. Quæ de causâ ipsi adversarii, se nihil inde in confirmationem opinio-
nis suæ exsculpere posse, perspicientes, ad alteram cœnæ partem pedem re-
sipiunt. Hic quia pro δεκτικῶ, τῆστο, Calix vicem subjecti; 2. pro san-
guine Novi testamenti, Novum Testamentum in sanguine vicem
prædicati obtinet, illicò se firmum metonymiæ patrocinium invenisse ex-
clamant.

70. Nec minori cura locum Pauli, 1. Cor. 10. 16. inculcant, qui panem &
Calicem loco eiusdem δεκτικῶ. 2. κοινῶν vicem Corporis & sanguinis lo-
co prædicati substituit. Hinc jam de sententia nostra, literam rigide urgente,
eversa protritaq; triumphum canant.

71. Quomodo aiunt Calix sine figura tibi prodest? quomodo sine metonymia
novum testamentum erit? quomodo obtinebitur præter panem aliquid aliud δὲ
ἐν τῶν νομικῶν δεκτικῶν, τῆστο, notari, cū Paulus unica panis voce utatur.

72. Ac quidem in voce Calicis Synecdochen nos libenter fatemur &
largimur; quia neq; poculum vino vacuum Christus sumsit; neq; illud idem
vel ratione suæ substantiæ, vel simpliciter Novum testamentum dici po-
test, sed cuncta hæc respectu contenti ipsi tribuuntur:

73. Quæ

73. Quae locutionis ratio tam perspicua est, ut in communi conversatione nihil ea usitatus sit. Contra metonymia Calviniana non tantum sententiam verborum institutionis obscuris enigmatibus involuit; sed ipsam insuper Cœnæ substantiam corrumpit pessundatq.

74. Quapropter tantum abest, ut locus aliquis ipsi superesse queat, ut potius omnem tropum figuramve, cum de tota enunciatione disputatur, abesse jubeamus.

75. Nam potio, quae in poculo porrigitur, ut sanguinem CHR ISTI non significando duntaxat exprimit, sed revera is est, qui pro nobis in ara crucis effusus est: ita neq; Novum testamentum significando duntaxat exprimit, sed re ipsa, in & propter eundem sanguinem, Novum testamentum est.

76. Ac phrasis Paulinae emphasis accurata diligentia pensanda est, quòd in ea neq; poculum, neq; sanguis simpliciter Novum testamentum dicitur, sed Calix in sanguine.

77. Quo sermonis genere Paulus & Lucas non ipsam substantiam solam sacramentalium partium notat (quo pacto utramq; absolute posuisse satius fuisset) sed amplius aliquid ambitu illius complectitur. Quod ex comparatione similium scripturae phrasium manifestum evadet.

78. Sicuti enim cum alias CHR ISTI sanguine redimi, à peccatis purgari, Deo reconciliari, justificari dicimur, id non de sanguinis substantia sola, quatenus sanguis est, dicitur, qua ratione merito passioni & morti CHR ISTI eadem alibi falso tribuerentur. Ita hic in Institutionis verbis sanguis Christi non separatim ratione sui ipsius, sed omnia simul acta gesta q; eius ad Testamenti seu Fœderis Novi inter nos & Deum sanciti, absolutam definitionem spectantia, in considerationem veniunt.

79. Quare neq; poculum, neq; sanguis per se, sed hoc totum Novum Testamentum est, quod verba institutionis Cœnæ Domini hac in posteriori parte complectitur, idq; verè & propriè & sine omni tropo.

80. Vnde Matthæi & Marci cum Paulo & Luca intimus consensus apertissimè constat. Illi, id quod bibitur ex calice, sanguinem novi testamenti: Hi potionem eandem Novum Testamentum propter sanguinem, appellant. Bibitur ergo ex poculo id, in quo Novum Testamentum, omnisq; perfectio Novi Testamenti consistit.

1. Pet. 1, 19.
2, 21.
Actor. 20, 28.
Ro. 3, 25. 5, 9.
Ephe. 2, 13.
Colos. 1, 20.
Heb. 9, 14, 28.
1. Job. 1.
Esai. 53, 4, 5.
Heb. 8, 10.

Colloqui, i.
Momp. pag.
68.

risti
omni
Paullo
priora
avit.
sensu
ctat.
stum
adeoq;
ffent.
ut vos
r, 11.
arci,
Cor
tra
RISTI
inio
re
san
icem
ex
m &
is lo
ente,
ymia
ud s
atur.
ur &
idem
ci po
Quae



81. Quod autem verba Pauli 1. Cor. 10, 16. attinet, facile ea & explicari, & cum antecedentibus conciliari queunt. Largimur quàm promissime subjecti officio Vnicam panis vocem fungi: At non item propterea in reliquis Evangelistis.

82. Etenim Paulus & subjectum & predicatum mutavit, nec simpliciter directeque vel panem Corpus, vel vinum sanguinem CHRISTI nominavit. Quin immò quod obscurum in verbis Institutionis homini in genio turbulento videri poterat, ipse perspicua periphrasi evoluit, atque κοινοῦ καὶ οὐνοῦ vocabulo omnem sinistram opinionem evertit.

83. Quæres causam & sententiam nostram maximè illustrat: cum variata duntaxat phrasi eadem utrobique res efferatur. Evangelistæ aiunt, & Paulus in verbis Institutionis, edite, bibite, hoc est Corpus meum, hic est sanguis meus. Rursum Paulus hoc loco ad eandem Institutionem Corinthios prius remittens, ait. Panis & Calicis κοινοῦ καὶ οὐνοῦ καὶ μετοχῆ non est solius vel nudi panis & Calicis, sed Corporis & Sanguinis Christi κοινοῦ καὶ οὐνοῦ καὶ μετοχῆ

84. Abeant nunc Calviniani, & de absentia Corporis Christi à Cæna, de Metonymia sua nullum deinceps Ecclesiæ negotium facessant: Certè propter singula vniuersa Lucæ & Pauli dicta pugnant: quod syllogismo sequenti evincimus.

85. Si bibentibus ex calice exhibito ipsum Novum Testamentum exhibetur, si calix novum Testamentum est, quod solitariè in vero CHRISTI sanguine consistit: si potus illud ipsum est, quod pro nobis effunditur: si denique uno eodemque esu & haustu Panis & Vini benedicti, ipsius Corporis & Sanguinis Christi participes reddimur: sequitur & OR. Corporeo præsens esse eodemque sumi Corpus & Sanguinem CHRISTI. At antecedens verum. E.

86. Assumptum Syllogismi veris scripturæ verbis constat. Nexu maioris ex superius dictis rebus invidium accipit.

LOCVS. III.

1. Corinth. 11,
27, 28, 29.

87. 1. Itaque quicumque manducavit panem hunc, vel biberit Calicem Domini indignè, reus erit corporis & Sanguinis Domini. 2. probet autem se ipsum homo: & sic de pane illo edat, & de Calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè: iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans Corpus Domini.

88. Quod Paulus hunc locum Institutioni Cænae relictà per particulam

Ubi subjungit, maximi momenti & ponderis est, immotumq; argumentum nobis præbet, eum in Cæne tractatione adhuc versari. Ideoq; & panis absolute nusquam meminisse, sed continue, certa periphrasi addita, relatam ejus mentionem fecisse.

89. Quamobrem ex præcedentibus Institutionis verbis tota ratio, verum hujus loci intellectum consequendi, petenda erit, semperq; ad panem & Calicem istum respiciendum, de quo jam $\alpha\theta\omicron\tau\alpha\gamma\mu\alpha$ illud Christi editum fuit. Hoc est Corpus meum, Hic est sanguis meus.

90. Idq; eo magis, quia Paulus ipse vitæ exhortationi suæ vim & robur addit, quæ alioquin bruta & inanis esset, si duntaxat de ipsis Elementis & Symbolis differeret.

91. Secundò nisi de ipso Corpore & Sanguine Christi sermo esset, nulla ratio conclusionis in argumento Paulino demonstrari posset. An enim ex Elementis & Symbolis, & propter ea Indigni Corporis & Sanguinis Christi Rei dicitur fieri? Atqui hoc pacto quilibet infidelis indigne tractando edendoq; panem in quacunq; Cæna vulgari tantum Reatus crimen committet, Absolum.

92. Agitur ergò omninò hic de ipso Corpore Christi, propter quod in hac Cæna tam diligens $\delta\iota\alpha\kappa\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$ adhibenda? ut quicumq; hanc Cænam accesserit, & cibum absq; omni vera piæ ponderatione ejus sumserit, non discernens secundum institutionis Verba, quòd Corpus Christi cibus sit, is reus Corporis Christi fiat, & pœnam judicii divini sibi accersat.

93. Deinde modus etiam, quo tantum crimen Indigni committunt pœnamq; judicii incurrunt, peculiariter & nominatim exprimitur, atq; manducando fieri dicitur.

94. Novimus equidem pluribus modis Impios judicium Dei sibi attrahere: Sed quò minus hic aliud, præter manducationis indiguæ, crimen admittamus, Apostoli clara verba prohibent.

95. Habemus itaq; ex ipso Paulo nominatim. 1. rem cujus indigni Rei fi-
ant: Corpus Christi. 2. modum quo id fiat: Manducationem. 3. Pœ-
nam: Judicium Dei.

96. Hæc tria, conjunctim tenenda sunt, tam ipsa inter se, quàm cum ipsis Institutionis verbis, nec unquam, contrà institutum & Mentem Pauli, perpetuò cum antecedentibus ea connectentis (velut jam patuit) divellenda.

97. Ex conjunctis namq; faeillimè inepta Calvinianorum glossa refellitur, qui Indignos non manducando, sed respuendo rejiciendoque Corpus oblatum, Solumque panem indigne manducando & tan-

Matt. 25, 43.
Heb. 6, 4.
10, 26.
Iob. 3, 18.
Rom. 1, 21 &

plis
tissi
res
iciter
minas
tur-
vus
varis
, &
hic
Co
est
vicia
deq;
pro
uono
hibi
STI
leniq;
San-
esse
E.
mac
cem
obet
bat-
&
ulam
cote

tum crimen perpetrare, & iudicium mereri, absq̄ omni scripturæ fundamen-
to nugantur.

98. Quod falsissimum esse meridiano sole clarius ipse Pauli textus de-
monstrat; ex quo talis Syllogismus evasquitur. Qui rei fiant Corporis Chri-
sti in Cœna, illi manducando Panem hunc, & bibendo Calicem Do-
mini, rei fiant & iudicium promerentur.

At Panem hunc & Calicem Domini, quem edunt & bibunt indigni,
CHRISTVS in institutione Cœnæ porrigenz: dixit, Edite, Hoc est
corpus meum; Bibite, Hic est sanguis meus.

Ergo cum Pane & Poculo isto, edendo & bibendo Corpus & Sanguinem
CHRISTI, rei fiant Corpus & sanguinis Christi & iudicium pro-
merentur.

99. Accedit huc quod Iudæ manducanti bibentiq̄ idem mandatum edendi
& bibendi, iisdem verbis, perinde ac cæteris apostolis à Christo injunctum est.
E. & idem accepit Iudas, quod reliqui Apostoli.

100. Indignorum autem nomine eos venire ac censer, qui absq̄ omni omnino
penitentia & vera fide, perinde ut Iudas, Cœnam accedunt, circumstantiæ
textus apostolici evincunt.

101. 1. De iis sermo est, qui sedandæ famis & sitis causa accedunt. 2. qui
ebrij accedunt. 3. qui seipsos non probant. 4. qui iudicio & pœnæ iræ divine
succumbunt.

Matt. 12, 20. 102. Atqui qui Fidem vel maximè exiguam habet, ille & seipsum probat,
17, 20. nullisq̄ tentationibus opprimitur, multo minus æternæ damnationi obnoxius
est. Ut idcirco ipso sensu pateat, cum alio longè hominum genere, impio & in-
Marc. 9, 24. credulo, hic Apostolo negotium esse,
Ioh. 3, 18.

Luc. 17, 6. 103. Nos breviter rem omnem sequenti ἀποδείξα comprehendimus.
Rom. 14, 1, 3. Si indigni omni carent Fide, (qua evolare in Cælum possint, ibiq̄
Christum apprehendere, ejusq̄ beneficia sibi applicare) & tamen Corpus
Christi edunt, & sanguinem bibunt; sequitur & ori vescentium utrumq̄ præ-
sens esse, eodemq̄ ab omnibus & singulis manducari.

At prius verum. Ergo &c.

AVOCTHEVII.

104. Veritati hæctenus declarate confirmatæq̄ Calvinianorum argumenta
obiecta, quæ partim ex scripturæ dictis, partim ratione duce cumulatim col-
ligunt & connectunt, paucis perstringenda excutiendaq̄ sunt.

115. Zepperus

105. Zepperus, in Institutionis suae Articulo secundo de Cœna, præcipue pag. 72. enumerans, à circumstantiis & temporis conditione totam exorditur. V. Vilhelmius
1. A gradu humiliationis extremo, & demersissima servilis forme exinanitione. Ergo ait, motus seu ratio præsentiae Corporis Diilebergen- & sanguinis sui in Cœna, ex maiestatis & exaltationis statu (ut a- sis Ecclesie pastor.

106. Respon. 1. Non maiestatis & exaltationis status, sed ipsa Institutio: i: obiectio- nis plana & perspicua verba, quibus Christus voluntatem suam nobis decla- rat, præsentiae Corporis & sanguinis substantialis, proprium, primum & præcipuum nostrum fundamentum sunt. 2. Hoc constituto contra Calvi- nianus ex Vnionis & Majestatis articulo τὸ δὲ ἑξῆς porro eruimus. Mo- dum autem ejus mysticum & ignotum fatemur.

107. 2. Sanguis nondum erat effusus. E. non potuit in cali- ce esse, & sub vino bibi. Respon. Argumenti totius nervus in naturali separatione sanguinis à Corpore & locali præsentia nititur: quam quia ne- gamus, ultrò ille dissilit.

108. Christus enim suum Corpus tradendum & Sanguinem profunden- dum sub diverso elemento Sacramentaliter ab illo distinctum, æquè distribu- ere in prima Cœna Apostolis & voluit & potuit sine ulla antecessa separa- tione naturali, futura tamen passione: ac nobis jam Sanguinem profusum, iterum verò resuscitatum & Corpori naturaliter unitum, sine ulla separa- tione nova, antecessa tamen passione.

109. 3. Christus visibiliter mensæ accubuit. E. Si Carnalis præ- sentia in cœna stare debet, aut visibile Corpus istud mutatum e- rit, & sub panem conclusum, aut duo erunt corpora.

110. Resp. Candoris Calviniani exemplum hic in Zeppero habemus, qui exosis quibusdam terminis orthodoxam doctrinam exosam reddere cupit.

111. Carnem & sanguinem Christi sua substantia præsentem esse, & ore Corporeo verè, nec Physicè tamen & Carnaliter, edi & bibi, contra imaginariam Calvinianorum præsentiam, Nostri constanter asserunt.

112. Neq; propterea vel Corporis Christi mutatio substantialis, vel duo Corpora necessaria. Sed idem istud unicum numero corpus, alio modo, & physico, mensæ accubuit: alio & transcœlesti discipulis in cibum & sanguis in potum distributus. Quod utrumq; ex verbis institutionis abundè patet, quibus nos simpliciter subscribimus.

113. Eiusdem

1. Cor. 11.
42, 53.

113. *Ejusdem farinae ista sunt.* 4. *Visibile Corpus est pro nobis traditum, E. Respond.* τὸ τοῦ σῶμα accipimus, quod pro nobis traditum, non τοῦ ἰδίου. *Quid?* Si vana haec argutatio valere deberet, contra Calvinianos, eodem modo concludere promptum erit: Eos non nisi mortales, despectum neglectumq; corpus. *Es.* 53, 3. in Cœna sua habere, Fideq; edere. *Quod,* puto, asserere illorum nemo non horrescit. Nam nostra Corpora in resurrectione erunt immortalia, E. multò magis Christi &c.

114. 5. *Si corporaliter sub pane est. E. & frangitur, & à sanguine separationem patitur. Respond.* 1. *Corpus est sub, in, & cum pane, sed non corporaliter, vel modo corporali & Physico.* 2. *in fractione seu frustulatione, panis neq; est, neq; dicitur corpus Christi; sed demum, cum is vescentibus frangitur seu distribuitur, locum habet propositio: Hoc est corpus meum.* 3. *Sub distinctis elementis, sine ulla naturali separatione, sed juxta Institutionem Sacramentali distinctione Corpus & sanguis Christi distribuuntur.*

115. 6. *Vt Calix est Novum Testamentum in Sanguine Christi, ita Panis est Corpus. Atqui Novum Testamentum seu promissio fœderis, in aut sub poculo corporaliter vel essentialiter præfens non est, neque oraliter bibi potest. E. &c.*

116. *Resp.* 1. *Negando maiorem, Calix enim seu potio in Calice nusquam ita absolutè & simpliciter dicitur Novum Testamentum, quemadmodum Panis τοῦ σώματος Corporis aut id quod editur, Corpus Christi; sed restrictio & limitatio certa hæc semper additur: in vel propter sanguinem meum.*

117. *Qua restrictione causa exponitur, ob quam hoc Augusto nomine calix censeatur, clarumq; discrimen ostenditur, quo hæc Pauli & Lucæ propositio ab aliis differat, Unde quoq; istud patet, nec solum poculum, nec solum sanguinem, nec ambo simpliciter Novum Testamentum nuncupari; sed potius ea, cum respectu quodam ad effecta adiunctaque sua consideranda esse. Quatenus nempe per sanguinem Novum Testamentum seu Fœdus inter nos & Deum conditum, idemq; sanguis in vel per poculum nobis in Cœna bibendus datus est.*

118. *De poculo res expedita est. Sanguinem autem vel utraq; conjuncta, secundum τὸ εἶναι suum & formaliter, Testamentum novum non esse inde elicitur, quia hoc ab illis pluribus modis differt; ut effectum à causa; testamentum à Sigillo &c.*

119. Falsum

118
ore
non
119
stam
Respo
untur
121.
meu
licet.
bona
spergi
122.
ment
dicitur
sancti
123.
ones,
dunt
differ
124.
accipit
salutar
de resu
neus &
tamen
lorum
125.
Deus p
cludit
mittun
126. Se
eramete
ut. qu
menta
127.
sede de

118 Falsum est itaq; quod inferre conatur Zepperus, sanguinem ipsum ore non bibi, nec Corpus manducari, quia scilicet Testamentum non bibatur.

119 E contra istud etiam falsum est: Bibitur sanguis ore. E. & testamentum bibitur ore: quod alias Calviniani nobis solent objectare. Sed Respondemus: duo cum sunt conjuncta, non statim propterea agunt & patiuntur.

121. Sicuti enim ex consimilibus dictis Genes. 17. 10. 11. Hoc est foedus meum, circumcidetur ex vobis omne masculinum & c. non inferre licet. E. foedus Dei circumciditur. Item 1. Pet. 3. 21. Baptismus est foedus bonae conscientiae cum Deo. E. foedus adspargitur, quia Baptismus adspargitur. Ita neq; hoc loco, id, quod somniant Calviniani, sequitur.

122. 2. In minore Zepperus bona & fructum Testamenti & ipsum testamentum confundit. Quando Calix novum Testamentum in sanguine Christi dicitur, sanguis tum ratione substantiae tum foederis per eum inter nos & Deum sancti, intelligitur.

123. 7. Institutionis verba sunt verba promissionis. At promissiones, ipsaq; res promissae absentes sunt, & sola fide comprehenduntur. E. R. I. per inficiationem maioris. Verba enim Christi simplici disertatione affirmatione q; proponuntur, ut supra demonstratum est. 7. ob.

124. 2. Omnes promissiones quidem: sed non omnes res promissae Fide tantum accipiuntur. Alias male profecto se habituri essent Calviniani, si Fide sola Iob. 19, 25. salutari & panem quotidianum ore tantum Fidei edere vellent. Male item 26, 27. de resurrectione Corporum nostrorum actum esset: quam nunc olim Hymeneus & Philetus negarunt. Corpora nostra spiritu sancto orbarentur: quae tamen & templa eius dicuntur, & ab eodem inhabitantur. Act. 2. Apostolorum 1. Cor. 3. 16. 19.

125. 3. Neq; res promissae semper a nobis locorum intervallo absunt, ut cum Deus presentiam suam promittit, non propterea abest: Quia nullo loco excluditur, sed caelum & terram implet. Si tamen res promissae absunt, promittuntur ut absint. Rom. 8. 11. 1. Thesi. 4. 14. 2. Sam. 8. 27.

126. Secundam objectionum classem Zepperus ab analogia communiq; Sacramentorum natura desumit, & in utilitate cuiusdam regulae opera auxilioq; mutavit, quae talis est: Scriptura per scripturam, Sacramenta per Sacramenta explicanda. 3. obi.

127. Ei nos hanc opponimus: Non ex quovis loco confusè sed ex propria sede de vero cuiuslibet articuli sensu & intellectu judicandum: Deq; Sacramentorum

C
mentorum

s tra
litum,
ianos,
Sum
d, pu-
etione
guine
e, sed
stula-
centi-
corpus
iuxta
sti du
visti,
omil-
pra-
spiam
odum
trictio
nem
calix
positio
c so-
nun-
cta
n Teo
el per
ncta,
inde
testa-
alsum



mentorum natura, proprietate, differentia & similitudine inter se non nisi ex institutione cuiuslibet pronuncian- dum.

128. Tertia Classis non minus ruinoso fundamento insistit. Ad cuius pri- mum & secundum argumentum responsum jam est. Tertium & quartum nihil ad rhombum.

9. obi: 129. Nam quod de adscensu & descensu, garrit, scit ipse nos ea mi- nimè tangere. Quin porrò longissimè damus & profiteamur Christum locali visibiliq; ratione, qua in Caelos è terra sublatus, in Cœna minimè adesse.

130. Sed probe nobis Zepperus Christum ratione prorsus nulla pijs in hac terra, actioniq; Cœnæ suæ adesse velle & posse. Velle autem, ne multum excurramus, ipsa institutionis verba lucidissimè ostendunt, ad quæ Calviniani nihil adhuc solidi responderunt: posse ex voluntate dependet.

10. obi: 131. Dictum deniq; quod ex cap. 1. Cor. 11. 26. obijcit, nequaquam op- tinem Christi in his terris præsentiam tollit, qua ratione scriptura ipsa se- cum pugnet. Matth. 18. 20. 28, 20. Act. 9. 17. 23, 11. Ephef. 4. 10. Heb. 2. 8. sed de adventu visibili ad iudicium unice loquitur.

11. obi: 132. Quarta classis prima objectio putida equivocatione vocabulorum laborat. Spirituale enim Iohan. 18. 36. non corporibus opponitur, alioquin omnes pijs homines corporibus suis, regno Christi excluderentur; sed Re- gna inter se, cœleste mundano & politico opponitur.

12. obi: 133. 2. Stolidè caput Rom. 14. 17. allegat; in quo de libertate CHRIS- TIANA, in cibis quotidianis servanda, agit Apostolus, Cœnam verè Domini ne uno quidem verbulo respicit.

13. obi: 134. 3. Ad dicta Iohan. 3. 24. 1 Iohan. 4. 13. 1. Cor. 6. 17. 12. 13. Eph. 2. 22, 3. 17. ex quibus tale argumentum exstruit. Christus inhabitat in no- bis per fidem. Ergò in Cœna ore corporeo non accipitur. R. quod effectus & causa sese mutuo non tollant, sed ponant. Item spiritualis inhabi- tationis ob signandæ confirmandæq; causâ, Christus in Cœna Corpus & sanguinem suum edendum instituit. Ergò &c.

14. obi: 135. 4. Fames accedentium est spiritualis. Ergo & cibus talis esse debet. R. 1. Vt Corpus & sanguis Christi in alimoniam & salutarem fructum vergant, Fide omnino opus est: ut autem sola Fide, absq; ore cor- poris, manducatio Sacramentalis fieri debeat, id nulla ratione probari pos- test. Deus enim liberrima voluntate sua dona credentibus dispensat.

136. 2. ...
137. 3. ...
138. 4. ...
139. 5. ...
140. 6. ...
141. 7. ...
142. 8. ...
143. 9. ...
144. 10. ...
145. 11. ...
146. 12. ...
147. 13. ...
148. 14. ...
149. 15. ...
150. 16. ...

136. 2. Sic in Baptismo per adspersionem visibilis elementi regenerationis gratiam caelestem per concionem verbi Fidem Deus largitur; per corpora videlicet elementa Spiritualem gratiam.

137. 3. Corpus Christi est Corpus vivificum Iohannis 6. Ergo fami credentium perfectissime congruit.

138. Postremo Indignorum manducationem argumentis quibusdam adorturus Zepperus; primo axioma quoddam veterum sibi explicandum sumit; quo res duae, altera terrestris, caelestis altera in cena esse pronuntiantur.

139. Ait Re caelesti Christum unam cum suis beneficiis in cruce partis notari; quod falsum esse Irenaeus locuples testis est, qui de substantialibus Cena partibus primus istud pronuntiavit, inter quas beneficia nequaquam referri possunt.

140. Argumentis autem primi vanitas facile ex superioribus cognoscitur quibus demonstravimus Institutionis verba non promittere absens, sed exhibere praesens Corpus Christi. 15.obi:

141. Secunda obiectio talis est. Poculum est Novum Testamentum in Sanguine. At impii non fiunt participes Novi Testamenti. E. 16.obi: neque sanguinis.

142. Resp. 1. Quatuor esse terminos in argumento. Nam in maiore quaeritur quid ipsum Poculum in vel propter sanguinem sit: in minore quid eius adjuncto seu effectu, vitio hypocrite accidat.

143. 2. Forma prorsus vitiosa est. Minor tantum partem praedicti Majoris subsumit, & conclusio alteram partem inserit: quae prorsus ἀνακόσμητα & ἀναρμόσια sunt. Medius quippe terminus neq; totus, neq; divisus conclusionem ingredi potest.

144. Totum autem Sacramentum secundum substantiam suam Impios aequè ac pios accipere. (contrario tamen eventu) ex Institutione apparet, quae & Petro & Iudae una & eadem est, Neq; vel propter Petri Fidem, vel propter Iudae hypocrisim Sacramenti integritas mutatur. Ac Iudas aequè ac Petrus Sanguinem Novi Testamenti, vel poculum quod est Novum Testamentum in Sanguine accipit, licet ipso Novo Testamento hic propter hypocrisim privetur.

145. Exemplo Baptismi res evidens est, quem omnes baptizati Credentes & hypocrite integrum partibus suis percipiunt, neq; ullius incredulitate ita prorsus evacuatur, ut propterea fœdus Dei & lavacrum regenerationis esse desinat: quod Idem pariter de Cena iudicandum est.

17. obi: 146. De cap. Ioh. 6. jam sæpius à Nostris luculentissimæ demonstratione
 D. Chemnit. in allatæ, id ad Cœnæ controversum articulum incommode ab Adversariis per
 fundam, de trahi. Ad quas, ne actum agamus; Zepperum remittimus.
 cena cap. 12. 147. Aliàs quoq; objectiones brevitatis studiosi omittimus; quarum tamen
 pag. 99. falsitas tum ipsa per se, tum ex hæctenus dictis ita abundè liquet, ut
 D. Hunnius in addere minimè necessarium sit.
 articul. de 148. Tantum colophouis loco hæc tria argumenta substernimus.
 Sacram. c. 14. 1. Si poculum Novum testamentum est in & propter sanguinem, sequitur
 p. 355. 356. id sanguinem non representare & significando duntaxat figurare. At est No
 357. vum Testamentum &c. E. &c.
 Idem in Ioh. 149. Probatur connexio maioris; quia aliàs sanguis veteris Testamenti, Exo.
 c. 6, p. 159. 24, 8. non minus novum Testamentum esset, cum eandem & planiorem res
 160. presentationem habeat.
 150. 11. Si talis in Cœna manducatio Corporis Christi instituitur, quæ &
 dignis, & indignis communis est, corpus neq; loco abesse, neq; fide sola mandu
 cari potest. At prius verum; sicut in superioribus probatum est. E. &c.
 151. 111. Si loca & fundamenta, quibus doctrina de Cœna domestica est,
 figuratis tantum verbis constant; Cœna non erit articulus Fidei.
 Atqui posterius dicitur. Ergò &c.
 Majoris nexum regula vulgata & verissima confirmat. Sola verba
 figurata nullum dogma fidei constituunt.

FINIS.

44 $\frac{5}{26}$

(X2010054)

22.








D


Ad

M.



Farbkarte #13

B.I.G.



E:
LARA
NTO
CÆ,
Du Nicol
S.
m in Colle.
o. 6. No
Dr. Sieph
pricipis
O Franco
nckbens
neri.

4

